5336 fragmentum, 0,13×0,245×0,025; litt. a. 0,05–0,03.

A N O
AVG · I
POT · II
ANTIV
M · VIN
O F I

Misit Kristoferson.

4 *Cons*]*tantiu*[*s* proponit editor; de quoquam ex imperatoribus Constantiis vix cogitari potest.

5337 fragmentum *segato ai margini superiore, sin. e inf.*, 0,67×0,51×0,065.

AVG*Vst-* 11
*d*ECVRIONum *decreto* 7,5
PVB*lice* 6,5

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. c.

5338 fragmentum, 0,15×0,165×ca. 0,02; litt. a. ca. 0,027.

PONTIF
IMP · VI
p. (?) P ·

Misit Kristoferson.

5339 fragmentum tabulae marmoreae marginatae (0,205×0,165×0,04; litt. a. 0,035–0,03).

INAE ·
CAES
ONN

Misit Kristoferson.

Titulus dedicatus sine dubio mulieri cuipiam domus imperatoriae. — 3 post primum vestigium editor agnoscere sibi videtur vestigia litterarum O N M.

5340 tabula marmorea marginata, in duas partes fracta.

M · AVRELIO HERMOGENI · V · E · P · C · SACERD
GENI · COL · FILIO · AVRELI · HERMETIS · P · M · V · GENERO
FL · PRISCI · P · V · P · C · TRIB · LEG · XXX · VLPIAE · PRAEF ALAE
sic PRIMAE · TRHACVM · PROC · A STVDIS · AVG · N · AD · (SS) LX · N · PROVECT
sic S · S C · N · IMMVNITATI MVSII · FVLTO · SCRIB · TRIBVNICIAE · MAIORIS
ITEM · QVAESTORIAE · SACERDOTI · VIDENTALI ·
ORDO · DEC · OB · INSIGNEM · EIVS · ADFECTIONEM

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. l. cum commentario.

M. Aurelio Hermogeni v(iro) e(gregio), p(atrono) c(oloniae), sacerd(oti) Geni col(oniae),
filio Aureli Hermetis p(erfectissimae) m(emoriae) viri,
genero Fl(avii) Prisci p(erfectissimi) v(iri), p(atroni) c(oloniae),
trib(uno) leg(ionis) XXX Ulpiae, praef(ecto) alae primae Trhacum,
proc(uratori) a studis Aug(usti) n(ostri) ad (sestertium) (sexaginta sc. milia) n(ummum), provect(o) (ad) (sestertium) (centum sc. milia) n(ummum), immunitati musii fulto, scrib(ae) tribuniciae (sc. decuriae) maioris, item quaestoriae, sacerdoti videntali,
ordo dec(urionum) ob insignem eius adfectionem.

Flavius Priscus p. v. v. 3 sine dubio idem est atque *P. Flavius Priscus e. v.*, cui basis supra n. 4452 dedicata est, nimirum postea ad perfectissimatum promotus; a quo vix diversus *Flavius Priscus*, qui Saloninae Gallieni titulum supra n. 5335 posuit.

6 litteras SS quadratarius primum omiserat. In transcribendo secutus sum explicationem editoris, qui recte mihi videtur conclusisse Hermogenem in ipso munere procuratoris a studiis ex sexagenario centenarium factum esse (similiter fortasse res se habet supra n. 2087, cf. Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsb.*[2] p. 438 not. 1; ad titulum C. X 7580 = Dessau 1358, quem Kr. affert, cf. Hirschfeld l. l. p. 194 not. 2. Refellitur nunc quod coniecerat Hirschfeld p. 334 not. 2 procuratorem a studiis ducenarium fuisse. Quod editor putat *provect.* explicari posse etiam *pro(curatori) vect(igalium)*, id mihi minus probabile videtur). — 5 *immunitati* (pro *immunitate*) *musii fulto*: Hermogenes fuit, ut primus cognovit Dessau, τῶν ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν; *cf. e. g. CIG* 4724. *IG* XIV 1103. *BGU* 136 (v. Preisigke *Wörterb.* s. v. ἀτελής); Philostr. vit. soph. I 22, 5. 25, 5; Dessau *Gesch. d. röm. Kaiserzeit* II p. 681. — 5 decuria tribunicia maior hic primum memorari videtur; sed *scrib(a) tribunicius maior* quidam est iam Dessau *Inscr. Lat. sel.* 1886. De vocabulis 'maior' et 'minor' ad decurias apparitorum spectantibus cf. *RE* II A c. 852 sq. — 6 exspectaveris *scribae quaestorio* (aut *scribae librario quaestorio*) *trium decuriarum* sim. (cf. e. g. Dessau l. l. III p. 434); exsistebant enim scribarum quaestoriorum decuriae tres, non, ut ex hoc titulo conieceris, una sola. — fin. lege *bidentali*.

5341 fragmentum tabulae magnae marmoreae, ipsum in quinque partes fractum (0,735×0,425×0,025–0,037; litt. a. 0,025–0,065).

· B L A
PRAEF · AEG · PI
POC · PROVINCIAR · LV ... ET · AQV
IASSIS · PRAETOR · RAV ... NAT · PRO
T · PROC · MAVRET · TI ... GITAN · I
PAEF · CLASS · BRITTAN
CAP ... DOC · ARM

Misit Kleberg, qui v. 2 sqq. sic fere supplevit: *praef. Aeg., pr*[*aef. annonae, p*]*roc. provinciar. Lu*[*gudun.*] *et Aqu*[*itanicae, praef. c*]*lassis praetor. Rav*[*en*]*nat., pro*[*c. ----*]*t., proc. Mauret. Ti*[*n*]*gitan.,* [*---- p*]*raef. class. Brittan*[*n., proc. provinciar.*] *Cap*[*pa*]*doc. Arm*[*en. ---*.

5342 tabula magna marmorea marginata (margo deest a sin.), in multas partes fracta (1,02×1,02×0,03–0,04).

· FLAVIO ·
DOMITIANO
PRAEFECTO · ANNONAE
CVRATORI · HONORIFICENTISSIMO
ORDO DECVRIONVM

Misit Kleberg.

Titulus tertio saeculo vix antiquior. Praefectum annonae eundemque curatorem coloniae habemus etiam supra n. 4455.

5343 fragmentum, 0,21×0,14×0,06; litt. a. 0,05–0,04.

L O D
MADAL
PRAE

Misit Kristoferson.

1 *Lol*--, 2 *Madal*[*ian*- legit editor. De L. Crepereio Madaliano supra n. 4449 vix cogitari potest.